illum talem cecidiſse ad provam, et nullo modo exequi poſse illud Regimen, officium, sive beneficium, sed ille qui fuiſset suum sontrum, et plures cæteris sontris, si plura fuiſsent, ballottas habuiſsent transeundo medietatem Consilii, iterum ballottari debeant unus, vel plures, si unum, aut plura contra fuerint, et transeundo remaneat ille, qui plures habuerit Ballottas. Non intelligendo de illis, qui antequam eligantur sive nominentur, procurant Regimina, officia, et beneficia, quæ dantur per electiones ejusdem C. Sed poſtquam fuerint nominati, non poſsint rogare, aut aliter, ut superius dictum est, procurare pro remanendo.

Verum declaretur, quod si hujusmodi preces, sive modi, aut eorum aliquis factæ, sive obſervati, aut obſervatus fuiſse reperietur, insciente, et invito omnino illo, in cujus favorem factæ apparerent; in hoc Casu illi tali non noceant, sed bene remanſiſse intelligatur. Sed ille, aut illi, qui hujusmodi preces fecisent, aut aliquem superſcriptorum modorum servaſsent, cecidiſse intelligatur ultra omnes alias pœnas de D. 100 pro quolibet Contrafaciente, quas, nisi solverit, venire non poſsit ad hoc Consilium, neque ullum habere regimen, officium, aut beneficium noſtrum. Sed si quod haberet, immediate amittat, et tantum duret hæc contumacia, et privatio, quantum solvere diſtulerit. Quorum Ducatorum 100. medietas sit noſtri Dominii, et alia medietas illius, qui fecerit Conscientiam, et teneatur de Credentia.

Obſervatio tamen, et executio hujus Partis Committatur advocatoribus noſtris, quibus cætera omnia, in hac materia Capta, commiſsa sunt; quibus non exequentibus, exequantur per Capita hujus Consilii quandocumque eis fuerit facta denuncia. et poſsint hujusmodi conscientia fieri intra dies octo, poſtquam ille, vel illi ad Regimina, et officia, sive beneficia remanſiſsent, nihilo in contrario non obſtante.

Et pubblicetur hic Ordo in primo Majori Consilio et omni anno ad Sanctum Michaelem, quando cætere leges pubblicantur.

1761. 6. 8bre

Tratta dal Libro Partium,

et Ordinum, C. X. detto Magnus.

a pag. 525. per Comando, ed uso degli Ecc.mi Correttori.

Esecu-